Feria Secunda ante Festum Sancti Bartholomæi Apostoli pro:
20 VIII ximæ Anno Domini Millesimo
22/VIII Sexcentesimo Septuagesimo Se:
cundo

Modrzeiowski Grocholskie:
mu debet. 1297

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus
Andreas Modrzeiowski Pocillator Syradiensis sanus men:
te et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Juri:
dictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus re:
cedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi
Jurisdictioni quoad actum præsentem attinet sese cum suc:
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere pu:
blice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso
Remigiano Grocholski Vicepræfecto Cohortis sui Recogno:
scentis et ipsius successoribus summam Trium Millium
Florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno cur:
rentis quemlibet Florenum grossis Triginta computando
et numerando, certi veri, iusti et liquidi debiti mutua:
tiq[ue] apud ipsum per se Recognoscentem pecuniæ tene:
tur atq[ue] debet. Quam quidem summam suprascriptam
Trium

Trium Millium Florenorum Polonicalium idem supraseri-
ptus Recognoscens Generosus Andreas Modrzeiowski Pocilla
tor Siradiensis, Se suosq Successores in et Super bonis suis
generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis mobili-
bus et immobilibus, Summisq pecuniariis quibusvis habi-
tis et habendis Suprascripto Generoso Remigiano Grochol- 2049
ski Creditori suo eiusq posteris, hinc et ab actu praesenti pro
die et Festo Sanctorum Trium Regum in Anno Mille-
simo Sexcentesimo Septuagesimo Quarto proxime et im-
mediate Venturo, realiter et in effectu Soluturum, et Coram
officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premy-
sliensibus repositurum et relicturum repositamq et reli-
ctam rursus ab eodem officio non exfideiussurum nec arresta-
turum, Vel quovis alio modo Solutionem Summae eius prae-
pediturum et impugnaturum, inscribit et obligat praesentibus
In defectu Vero per eundem Generosum Andream
Modrzeiowski Pocillatorem Siradiensem Summae praedi-
ctae Trium Millium Florenorum Polonicalium, totaliter et in-
tegre, ac indivisim pro tempore et loco superius descriptis praedi-
cto Generoso Remigiano Grocholski Creditori suo sive eius
posteris persolutionis. Extunc debebit et tenebitur idem Reco-
gnoscens Generosus Andreas Modrzeiowski Pocillator Sira-
diensis prout se ac suos Successores, Super bonis suis gene-
raliter omnibus Summisq quibusvis pecuniariis, habitis et
habendis praedicto Generoso Remigiano Grocholski Cre-
ditori suo eiusq posteris inscribit et obligat, in Crastino diei
Solutionis Summae praefatae praefixo aut tunc diem et quando
eo nomine officiose, per Ministerialem et Nobiles require-
tur, eidem Generoso Remigiano Grocholski Creditori

4

suo Veleius posteris, realem intromissionem, et actualem pacificamq possessionem per se Recognoscentem in bona supra

2050 scripta Videlicet Villa Zaleszczyki sua propria et haereditaria in Palatinatu Podoliae Jacentia et consistentia, realiter

2051 et in effectu dare, et admittere, dataq et admissa eadem possessionem et Usum fructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq Generosum Remigianum Grocholski Creditorem suum eiusq Successores, in dictis bonis tam in parte quam in toto non iniuriari, ita Ut eadem bona idem Generosus Remigianus Grocholski suis cum posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Vigore tenere habere et possidere queat Idq sub Vadio summae Trium Millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius Successores praefato Generoso Remigiano Grocholski eiusq posteris ob non Completionem praemissorum toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Quae quidem bona Inscriptione praesenti onerata idem Generosus Remigianus Grocholski suis cum posteris, cum omni praemissorum Jure Dominio et proprietate, cum omnibus et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis emolumentis obventionibus, attinentiisq et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis omnibus Juris Dominii proprietatis ac Cuiusuis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut alio quopiam reservando seu excipiendo Verum, prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, et ad praesens tenet, habet et possidet, ipsumq concernunt ac eidem legitime serviunt, a tempore ob a b acti

apprehensio

+

apprehensae et admissae intromissionis ex hinc ad Festum
Sanctorum Trium Regum proxime hinc venturum, et sic
consequenter de Festo ad Festum, Anno ad annum, Annis
et Festis sese continue et immediate sequentibus, usq; 2051
ad realem et integram summae praefatae persolutionem
tenebit, habebit et possidebit, illisq; quiete et pacifice
usufruetur, modo ac titulo obligatorio. Debebitq; et tenebi-
tur memoratus Recognoscens Generosus Andreas Mo-
drzejowski Pocillator Siradiensis prout se ac suos succes-
sores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq;
pecuniariis quibusvis habitis et habendis praedicto Ge-
neroso Remigiano Grocholski Creditori suo eiusq; suc-
cessoribus, inscribit et obligat praesentibus Generosum
Creditorem suum eiusq; successores in eisdem bonis In-
scriptione praesenti oneratis, et ratione eorundem, ab omni
et quavis impetitione Juridica quarumcunq; personarum
cuiuscunq; conditionis status et sexus [illegible] existentium
exonerandum in omni Judicio et officio Regni, tam in par-
te quam in toto toties quoties opus fuerit, bene defen-
dere evincere, intercedere et eliberare, indemnemq; com-
postenis reddere, nec non bona praefata praesenti Inscri-
ptione onerata, ab omnibus in genere Juribus et Inscri-
ptionibus prioribus et posterioribus, super praemissis bonis
factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus
super eadem bona importatis et importandis, Laudis
deniq; et perlucris, processibusq; Juris quibusvis in quocunq;
puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio
obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus prae-
senti Inscriptione oneratis modo quovis perductis et per-
ducendis, emundare et eliberare, mundaq; et libera semper

facere, Usq ad exemptionem bonorum præfatorum et summæ
præfatæ realem persolutionem. Idq sub Vadio simili et spe:
ciali Trium Millium Florenorum Polonicalium per eundem
Recognoscentem, sive eius Successores prædicto Generoso
2062 Remigiano Grocholski Creditori suo, eiusq Successoribus
ob non completionem præmissorum omnium et singulo:
rum toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo.
Pro quo quidem Vadio vel Vadiis modo præmisso ad soluen:
dum succubitis, ac pro re aliqua principali, ex præmis:
sis omnibus non completa complenda. Citatus existens
memoratus Recognoscens Generosus Andreas Modrzeio:
wski Pocillator Siradiensis sive eius successores Ad In:
stantiam præfati Generosi Remigiani Grocholski Credito:
ris sui sive eius Successorum ad officium præsens Castrense
Capitaneale Præmysliense, ex tunc recessu supra scripto quo
ad respondendum spectat mediante, semper in primo cita:
tionis Termino, tanquam peremptorio stare, sui parere, re:
spondere, Vadia præfacta luere, Inscriptioni præsenti satis
facere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos
successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus
illum Terminum primum peremptorium, Vti et alios omnes ex
inde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptio:
nes, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum
legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad
munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo. ad quieta:
tionem præterea, Vltra proximos officii præfati Castren:
sis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem si:
bi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac ea:
rum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis
simplicibus vel biplicatis, Evasionibus, suspensionibus fatalis
Iuris

Iuris præscriptione Terrestri bello conuentione, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Mniszek et RR Patres Bonifratelli Intercisam mutuo Roborant Vna cum Oblata Intercisa. 2053

1253 1103

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Petrus Paulus a Buzenin Mniszek Notarius Terrestris Præmysliensis ab Vna et Religiosi Patres fratres Emericus Szaforski et Romuldus Siennicki Ordinis Beati Ioannis Dei Bonifratellorum Curantium infirmos partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq́ suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet seum successionibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Religiosus Pater frater Emericus Szaforski Prior Conuentus Leopoliensis Bonifratellorum Curantium infirmos Vigore Plenipotentiæ sibi ad infrascripta recognoscenda a Religioso in Christo Patre Thoma Bonelli Prouinciali eiusdem Ordinis ad præsens Coram officio præsenti exhibitæ de actu et